



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

16. An perpetuò amentes sint confirmandi? Et infertur licitum esse confirmare amentem, qui aliquando usum rationis habuerit, si alioquin non constet incidisse in amentiam in statu peccati mortalis. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

## Tractatus Secundus

firmationem ministrare ejusmodi infantibus , si commode fieri posset , quia quamvis non sint professuri fidem coram Tyranno , recipient gratiam sanctificantem , cui major gloria respondebit , & non est cur tanto beneficio priventur. Ita ille , & ante omnes Magister omnium , D. Thom. in 2. 2. q. 72. art. 8. ad 4. quem citat , & sequitur Layman lib. 9. tract. 3. cap. 5. num. 3. cum Sancio in lect. diff. 40.

Sup. hoc in ref. seq. §. Sed. & in Ref. 1. post seq. §. Nota tamen & in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 10. §. ult.

3. Non desinam tamen hinc obiter adnotare , quod confirmare infantes non est prohibitum , etiam sine caula. Ita Hurtadus de sacram. Confirm. difficult. 10. & Granadus ubi supra.

### RESOL. XIV.

*Vtrum pueri ante septennium possint aliquando Sacramentum Confirmationis accipere ?*  
*Et an sit peccatum mortale confirmare infantem ante septennium sine aliqua justa causa ?* Ex part. 3. tract. 4. Ref. 19.

Sup. aliquibus causis hujus §. 1. in Ref. seq. & in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 10. §. Non desinam. Sed rem. Sup. hoc ter.

§. 1. **P**osse interdum ante dictam etatem Sacramentum hoc licet suscipi , docet Paulus Layman in Theol. mor. lib. 5. tractat. 3. cap. 5. n. 2. Primum , si manifestum sit puerum ante etatis septennium usum rationis praeditum esse. Secundum , si non confirmatus , diu non habiturus sit occasio- nem Sacramenti accipiendi. Tertio , si puer in periculo mortis existens opportune istud Sacramen- tum consequi possit. Quartò , si Diaceles consue- tudo vigeat , ut pueri ante dictam etatem confir- marentur. Ita Layman , vide etiam Villalobos in aliis eius summ. tom. 1. tract. 6. difficult. 6. num. 1. Eilliucium tom. 1. tract. 3. cap. 2. num. 36. Sylvium in 3. part. q. 72. art. 8. & alios.

Sup. hoc in Q. ult. Ref. 10. & alii. in aliis eius annot.

2. Sed quares , an si peccatum mortale con- firmare infantem ante septennium sine aliqua justa causa ex supradictis ? Respondeo negativè cum Didaco Nugno in 3. part. quest. 72. art. 8. concl. 4. ubi sic aferit. Non est peccatum mortale con- firmare infantes ante usum rationis. Probatur ; quia etiam DD. tenentes non esse infantes confirmando ante septennium , solum dicunt hoc non con- venire. Deinde probatur , quia cum dispositio non sit ita necessaria ad hoc Sacramentum , non vide- tur res gravis , quod conferatur infantibus , quan- do neque habent dispositionem , neque etiam im- pedimentum.

### RESOL. XV.

*An infantes filii Principum , vel si periculum mortis immineat , vel ob alias honestas causas ante usum rationis possint ab Episcopo confirmari ?*  
*Et an sit peccatum mortale confirmare infantes ante septennium , & usum rationis ?*  
*Et an sit licitum confirmare non solum amentem , qui aliquando usum rationis habuit , si alioquin non constet incidisse in amentem in statu peccati mor- talis , sed etiam perpetuo amentes , atque adeo etiam illos , qui sunt in articulo mortis constituti ?*  
*Et notarit , quod Episcopus non est dammandus de peccato , si hoc facere permittat.* Ex part. 3. tr. 6. & Mifc. 2. Ref. 93.

§. 1. **A**ffirmative respondeo cum Tannero Sup. eas in sic afferit. Colligitur ob honestas caulas decenter quoque infantes nonnunquam confirmari posse , ut si propter distantiam rarius in eo loco confirmet Episcopus , si filius Principis sit , si periculum mor- tis immineat infanti , &c. Ita illus , qui citat Hen- riquez , & Suarez.

2. Nota tamen hic obiter , ut alibi notavimus , per se loquendo non esse peccatum confirmare in- fantes ante usum rationis , ut signat D. Thomas in 3. part. q. 77. art. 8. ad 2. & expressius in 4. sent. diff. 7. q. 3. art. 2. quest. 2. Alerensis in 4. part. q. 2. 8. membr. 2. & 3. Bonaventura in 4. diff. 7. art. 3. q. 11. Richardus art. 3. quest. 2. Gabriel art. 3. dub. 7. Pe- trus Sotus lect. 2. de confirmat. & alij. Confultius tamen est , ut infantes non confirmantur ante usum rationis , ut probant communiter DD. & Ecclesiæ consuetudo , quam tamen sub peccato non obligare existimat Suarez , quem citat , & sequitur Tannerus ubi supra.

3. Nota etiam non solum licet confirmari Sup. comm. in hoc in Rel. seq. signanter. §. Et hoc amentem , qui aliquando rationis usum habuit , si alioquin non constet incidisse in amentem in statu peccati mortalium , sed etiam perpetuo amentes , atque adeo etiam illos , qui sunt in articulo mortis constituti , quidquid in contrarium aferat. Emanuel Sa ver. confirmatio , & Valentia q. 2. punct. 2. & alij , & ita docet Henriquez , Suarez cum Tan- nero loc. cir. n. 39. & ego alibi. Sed quia , ut dixi- mus , nonnulli Theologi oppositum sentiunt , non est Episcopus dammandus de peccato , si hoc facere pretermittat.

### RESOL. XVI.

*An perpetuo amentes sint confirmandi ?*  
*Et inferiori licitum esse confirmare amentem , qui aliquando usum rationis haberit , si alioquin non constet incidisse in amentem in statu peccati mortalium .*

*Et an , secluso scandalo , & contemptu , non peccet mortaliter , si quis Sacramentum Confirmationis non accipiat , etiam si ad recipiendum illud adstet notabilis negligenter ?* Ex p. 3. tract. 4. Ref. 20.

§. 1. **N**egativè respondent Valentia tom. 4. di- Sup. hoc in sp. 5. q. 2. punct. 2. Sa ver. Confirmatio. §. ult. pre- denus Ref.

n. 5. Chamerota de Sacram. tr. 3. c. 6. dub. 3. Sotus in 4. diff. 7. q. unic. art. 8. Ledefma in summ. tom. 1. de Sacram. Confir. c. 7. in fine , & alij ; quia hoc Sacramentum datur ad militandum in vita spiri- tuali , sed amentes non sunt capaces talis militiae. Ergo neque Sacramenti.

2. Sed contraria sententiam omnino sustinen- dam esse puto cum Zambrano de cas. tempore mor- talis , cap. 2. dub. 5. n. 3. Nugno in 3. part. q. 72. art. 8. concl. 7. Pitigiano in 4. sent. tom. 1. diff. 7. q. 1. art. 8. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 6. diff. 6. num. 2. Layman in Theol. Mor. lib. 5. tract. 3. cap. 5. num. 3. Filiucci tom. 1. tract. 3. cap. 2. n. 38. Sylvio in 3. p. q. 72. art. 8. Suarez in 3. part. 3. disp. 3. sent. 2. Co- ninch. de Sacram. q. 72. art. 8. n. 8. & alij. Etratio est , quia non debent privari gratia hujus Sacra- menti , & per accidens est nunquam esse spiritua- liter pugnatores. Datur etiam hoc Sacramentum , ut augeatur gratia , cuius effectus amentes sunt ca- paces , expeditum ut conferatur illis ut habeant maiorem gloriam. Ex quibus patet responsio ad ar- gumentum contraria sententia.

3. Ec

# De Sacram. Confirm. Ref. XVII. &c. 79

3. Et hac omnia à fortiori procedunt, si quis  
volum rationis habuerit, & postea in amentiam in-  
ciderit; quia adeo in tali casu interpretativa ho-  
minis voluntas suscipiendi tempore opportuno  
Sacraenta, nisi conterit alioquin cum peccato  
mortali in amentiam incidisse. Ita Layman, Nu-  
gnus & alij ubi suprà. Igitur tales sunt confirman-  
di, quia semper presumuntur bonus, qui non pro-  
batur malus, neque requiriatur, ut diximus, quod  
aliquando tales petierint hoc Sacramentum, suffi-  
cit enim virtualis voluntas, quam quilibet homo  
habet circa beneficia sua salutis.

4. Nota vero, ut nos alibi diximus, secluso  
scandalio, & contemptu non peccare mortaliter, si  
quia sacramentum Confirmationis non recipiat,  
etiam si ad recipiendum adsit notabilis negligen-  
tia, quam, sed male, contemptum censem Richardus  
dixit in 4. dist. 17. art. 5. q. 1. Gabriel q. unica, art. 3.  
dub. 3. Sylvester ver. Confirmat. num. 3. & Toletus  
lib. 2. cap. 24. in fine vide Layman ubi suprà n. 4.  
sententiam horum Doctorum refellentem; vide  
Zanard, in direct. confessar. p. 1. de sacram. Confir-  
mat. cap. 5.

## RESOL. XVII.

An quis peccet mortaliter non suscipiens Sacra-  
mentum Confirmationis, dummodo non adsit contem-  
ptus?

Et an notabilis negligentia contemptus censeatur, ut  
si quis data opportunitate suscipiendo illud Sacra-  
mentum, qualem postea facile non habiturus sit  
illud suscipere intermitteat?

Et noratur, quod per accidentem, ut ratione scandalis,  
possit omissione hujus Sacramenti esse peccatum  
mortale. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 25.

§. 1. Ego alibi negativam sententiam docui  
cum multis Doctribus, quibus nunc  
addo Valentianum tom. 4. dist. 5. q. 2. punct. 3. Molfe-  
nium in summa, tom. 1. tract. 4. cap. 2. n. 21. Fernandez  
de Heredia in disputacionibus mixtis, de confirm. dist.  
5. part. 2. dub. 1. num. 6. Estium in 4. sent. dist. 7.  
§. 18. Zambranus de casibus occurrentibus in art.  
mortis, cap. 2. dub. 4. num. 1. qui citat Henriquez,  
Adrianum, Sotum, Ledesma, Navarrum, Rodri-  
quez, Covarruviam, & Suarez, dummodo non adsit  
contemptus.

2. Sed difficultas est, an notabilis negligentia  
contemptus censeatur, ut si quis data opportuni-  
tate suscipiendo illud Sacramentum, quem postea  
non facile habiturus sit, illud suscipere intermitteat?  
Affirmative respondent Richardus, Bonaventura,  
Durandus, Mafilius, Paludanus, Major, Syl-  
vester, Toletus, & alij apud Fernandez in exam.  
Theol. mor. part. 3. §. 5. n. 1. & Layman in Theol.  
mor. lib. 1. tract. 3. cap. 5. n. 4.

3. Sed ipso merito negativam sententiam do-  
cent cum Caetano, Soto, Navarro, Victoria, &  
alii. Et ratio est, quia alii Layman, multa anima  
salubria facere intermittemus, quia cogitamus ab-  
soluto ad salutem nobis necessaria non esse, quae  
tamen non contemnimus; sed hoc accidit in casu  
nostro; ergo. Notandum est tamen, per accidentem,  
ut ratione scandalis, possit omissionem hujus Sacra-  
menti esse peccatum mortale, igitur secluso scan-  
dalo, & contemptu illud omittere non erit crimen  
lethalis.

## RESOL. XVIII.

An adulis in articulo mortis possit ministrari Sa-  
cramentum Confirmationis?

Et an sit præceptum, data opportunitate, suscipiendi  
Confirmationem? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 30.

§. 1. R Espondeo affirmativè cum Sancio in se-  
lect. dist. 40. num. 4. Igitur agroti in 16. s. ult. &  
pericolo mortis, si ante confirmationi non fuerint, in Ref. 17.  
optimum esset eos per Episcopum consignari, c. ut per totam.  
Episcopi, de Confess. dist. 5. Idem docet Hugo S. & in aliis  
Vict. 2. de Sacr. p. 7. c. 3. D. Th. hic art. 8. D. Bonaven-  
tura, Soto, & alij in 4. dist. 7. favetque ratio: nam  
etiam fortè non convalecant, tamen Sacra-  
mentum iis prodest simpliciter ad augmentum gratie,  
qua est per se aliquod praestansissimum, prodest  
quoque ad pugnam cum carne propria, & cum  
dæmonie ipso in articulo mortis, imò ad molestias  
mori facilius tolerandas; quamvis enim fatea-  
mut aliud Sacramentum suile institutum contra  
tentationes mortis, nimur Extremam-Uncio-  
nem, sed tamen bonum bono additum efficit ali-  
quid melius, & funiculus duplex, fortius adstrin-  
git. Addo quod morbi aliquando sunt valde di-  
turni, & multorum nunc mensum, nunc amorum.  
Aliqui citant hic Innocentium I. ep. 1. sed male,  
non enim ibi agit de Sacramento Confirmationis,  
sed Extremæ-Uncionis, quod quidem ait Episco-  
pos agrotis conferre posse, & licet utatur vocabu-  
lo Chismatis, tamen vel accepit Christi impra-  
priè pro qualibet faci olei unione, vel intelligit  
Episcopos uti posse sacro Chrismate ad Extremam-  
Uncionem, quod non licet Sacerdotibus. Unde  
ex his Adrianus in 4. de Confirmatione art. 1. putat  
obligari sub mortali infirmos sacramentum Con-  
firmationis sumere, ubi esset consuetudo obligatoria,  
sed Zambranus de sacram. Confirm. cap. 2. dub.  
5. num. 4. credit dictam consuetudinem modo non  
reperi alicubi.

2. Sed dices, non solum ex consuetudine, sed ex  
præcepto teneri adultos Confirmationem sumere,  
ut docet Scotus in 4. distinct. 7. quæst. 2. D. Bonavent.  
art. 3. qu. 2. D. Anton. in 3. part. tit. 14. c. 14.  
V. Valdensis lib. 2. de Sacram. cap. 11. Sylvester ver.  
Confirmatio, num. 3. Hugo de S. Victoria lib. 2. de  
Sacram. part. 3. cap. 3. & Petrus Sotus lect. 2. de  
Confirmatione, & probatur ex D. Cypriano ep. 70.  
ubi ait, necessarium esse, ut baptizati ungantur  
Chrismate: ita enim necessitas præ se fert aliquod  
præceptum; & eodemque modo loquitur D. Melchiades epist. ad Episcopos Hispania. Etiamsi  
moritur sufficiant regenerationis auxiliâ, tamen  
victoris necessaria sunt Confirmationis benefi-  
cia: & duo haec Sacraenta ita juncta sunt, ut  
ab invicem, nisi morte præveniente, separari  
nullatenus possint, & unum sine altero ritè per-  
fici nequeat, cap. de his, de consecrat. distinct. 5. Con-  
cilium Aurelian. can. 3. baptizatus non confetur  
Christianus, nisi post Confirmationem Episco-  
palem, intellige planè ac perfectè Christianus.  
Huc quoque pertinet cap. omnes fideles de Con-  
secrat. distinct. 5. ex Epistola Urbani. Omnes inquit,  
fideles post Baptismum debent accipere Spiritum  
sanctum per impositionem manuum Episcopi,  
ut plene Christiani inveniantur. Accedit ratio,  
et enim vita haec plena est innumeris tentationi-  
bus, & militia est vita hominis super terram; ergo  
qui potest hoc Sacramentum suscipere, nec ta-

G 4 incit.